

Treverensis archiepiscopi, Conradus Wormatiensis electus, Godefridus cancellarius, Wortwinus protonotarius, F. comes Hollandie, T. marchio de Luzis et frater eius Dedo, H. comes de Dietsa, R. comes de Durna filialis devotionis obsequium cum debita obedientia et subiectione. Commoda, que ex consummata pace ecclesie et imperii toti mundo pro-  
 veniunt, ipsa innumerata mala, que inde vitantur, manifeste ostendunt. Sicut enim ab 5  
 utriusque concordie providentia orbis terrarum ad salutem et tranquillitatem regitur, ita  
 sub eorum divisione a propria debiti status rectitudine distrahebatur. Gaudeat itaque  
 tellus iam desiderabilis roris visitatione respersa tam gratiose pluvie inundatione foecun-  
 data, per quam fidelis populi arida sitis depellitur et omnium iurgiorum scandala et scan-  
 dalorum incendia suffocantur. Nos ergo, pater sanctissime, de tanto concordie fructu 10  
 letantes ipsam sacratissimam ecclesie et imperii pacem, sicut ab utriusque partis media-  
 toribus est disposita et in commune scriptum redacta, et pacem illustris regis Sicilie usque  
 ad quindecim annos et treugam Lombardorum a proximis kalendis augusti usque ad sex  
 annos, sicut a mediatoribus est ordinata et nostris iuramentis firmata et in scriptum com-  
 muniter redacta, quod scilicet scriptum propriis subscriptionibus ipsorum mediatorum 15  
 hinc inde confirmatum est et sigillis ipsorum corroboratum, nostri consensus studio et  
 vigore confirmamus et ratam et inconcussam tenemus, et, ut sic observetur, operam da-  
 bimus. Et ut hec nostre confirmationis pagina subsecutis temporibus firma et illibata  
 permaneat, eam propriis subscriptionibus communiri et nostrorum sigillorum appositione  
 fecimus insigniri. Ego Christianus Moguntine sedis archiepiscopus subscripsi. Ego P. 20  
 Coloniensis archiepiscopus et Italie archicancellarius subscripsi. Ego C. Wormatiensis  
 electus subscripsi. Ego G. imperialis aule cancellarius subscripsi. Ego W. protonotarius  
 subscripsi.

425.

*Erzbischof Wichmann von Magdeburg befreit die bischöfliche Kirche zu Merseburg vom Zoll zu 25  
 Halle. — Zeugen: Die Markgrafen Otto und Dietrich, sowie die Grafen Dedo und Friedrich.*

**Merseburg, 1177 Okt. 4.**

*Hdschr.: Or. Perg. Stiftsarchiv Merseburg. S. an leinener, geflochtener Schnur.*

*Gedr.: Zeugenreihe v. Heinemann Cod. dipl. Anhalt. 1,411. v. Mülverstedt, Reg. archiep. Magdeb. 1566.*

*Anm.: Zeugenreihe (von Huius rei an) und Datirung von anderer Hand mit anderer Tinte geschrieben.*

30

— — Huius rei testes sunt. Sigefridus Brandenburgensis episcopus. Theodericus prepositus Biveracensis et camerarius ecclesie Magdeburgensis. Hoierus prepositus Mersburgensis. Cristanus decanus et universus eiusdem ecclesie conventus. Swikerus abbas ecclesie beati Petri in Aldenbure in eadem civitate cum quamplurimis diverse professionis religiosus viris, laici vero huic facto nichilominus testes aderant Otto marchio 35  
 Misnensis. Theodericus marchio Orientalis. Dedo comes de Groiz. Fredericus comes de Brene. Burchardus burgravius Magdeburgensis. Albertus de Schapowe. Heidenricus schulthetus. Hartmannus, Bernhardus et Rothegerus ministeriales ecclesie aliorumque fidelium Christi turba non modica.